

Missa fuit e Corinthon.) Hoce græcis uoluminibus adiecimus, nisi quod ἡγρόφη uertius
mus in missa est. Missa est per Phœben. Cæterum scripta manu Terciij, dictante Pau-
lo. Arg illud interim subit admirari, cuiusmodi legatis tūc usi fuerint illi uere pōtifices,
cum Paulus ad Rhomam adhuc florentem de tam arduis rebus scripsiterit per mulier-
culam. Deinde ridere libet, nouam Nicolai Lyrani diligētiā, qui cum Origenes & di-
uis Hieronym⁹, cūq; his oēs antiq; cōfirmēt, hāc ep̄istolā e Corinthon fuisse missam ipse
tamen ambiguit, nimirum quod Aymo grauis scilicet autor scripsit ex Athenis missam.
Verum hunc plusq; Gordianum nodum, uide quanta dexteritate mirus explicat arti-
fex. Partem, inquit, scripsit Athenis, deinde quod supererat, addidit Corin-
thi, atq; ita Rhomam misit. O hominem suauem. Mallet opinor
quālibet magnum itineris facere dispendium

ne quid patiatur maiestas Ay-
monis, perinde qua-
si ille uno aut alte-
ro in loco nō de-
lirauerit.

FINIS ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM AD RHOMANOS.



IN EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS PRIOREM
ANNOTATIONES ERASMI ROTERODAMI.



O C A T V S.) Et uocatis sanctis, κλητοῖς & κλητοῖς nomina sunt, non parti-
cipia, ut superius admonuimus.

Ipsorum) Latinus erat suo. Est aut̄ Græcis duplex coniunctio, κλητῶν τε
καὶ κλητοῦ, suoq; & nostro. Porro sensus nō nihil est anceps. Vulgarius exi-
stimat, suoq; & nostro referri posse ad dominum, qui præcessit, domino
nistro. Deinde repetens addat, non solum nostro, sed & illorum, quicūq; inuocant. Ad
eundem modum ordinat Chrysostomus in cōmentarijs, quos in hanc scripsit episto-
lam, si modo non fallit titulus. Eius codicis copia nobis facta est ex bibliotheca Prædi-
catorum apud Basileam. Verum hāc interpretatio mihi uidetur affectata. Quidā simi-
pliçiter interpretantur siue in suis locis, in quibus agunt, siue in his, in quibus nos agi-
mus. Tertius autem sensus mihi uidetur argutior, & ad Paulinos affectus accommoda-
tior. Quē hac lege referā, ut liberū sit lectori, nihilo secius, qd̄ malit sequi. In quois lo-
co, siue ipsorum, siue meo, aut & ipsorum & meo, ut intelligas Paulum omnem locum
suum ducere, in quo sint qui inuocent nomen domini, quod inter Christianos charis
tas communia facat omnia.

In omnibus) εἰ πάντι, id est in omni, hoc est in quauis re.

Et domino

Et domino Iesu). Anceps est sensus apud græcos, propterea quod hic genitius referri potest & ad præpositionem & ad participium, sicut in superiori cōmonstrauimus epistola. Sicut testimonium.) καθὼς, i. quemadmodum, quod ad superiora referēdū est, i. per quæ siue quibus rebus, nempe sermone & cognitione.

Vt nihil uobis desit) ώστε οὐ μάλιστα ἐπιμένει θεοῖς εἰς μηδενὶ χάρισματι, id est ut nō destituamini in ullo dono. Et hoc loco gratia est non χάρις, ut in superioribus, sed χάρισμα, quod se penumero donum uertit.

Sine criminе) ἀνεγκλήτους, quasi dicas incriminabiles inculpatos, ab ἐγκαλεῖσθαι, quod est in ius uocare & ἐγκλημα crimen.

Fidelis deus) πιστός, Paulus hanc dictiōnem uarie usurpat. Nonnunq[ue] πιστοί dicuntur qui credunt, ut πιστοὶ increduli. Alias πιστοί qui sunt bona fidei, præstantes quod receperint, ut hoc in loco, Interim ad rem refertur, ut πιστός δὲ λόγος pro sermone certo, & ini dubitato. In societatem) εἰς κοινωνίαν in communionem, siue consortium.

Obsecro uos) παρακαλῶ hortor. Quanq[ue] & obsecro satis quadret.

Vt id ipsum dicatis) τὸν δὲ, id est idem loquamini, hoc est consentiatis, quod ad Rhō manus scribens dixit Θάνατος φρονεῖ.

Schismata.) Græcam uocem reliquit, dicere poterat, sectiones, aut dissensiones, aut dissidia. Sit autem perfecti) κατητίσμενοι, siue ut quidā habebat απόκρισις, quod significat perfectum, ut corpus est in quo nullum sit membrum mutilum, aut mancum, aut inaequale ab ἄρτιος & ἄρτιζω, unde nos explicandi causa uertimus, sitis integrū corporis. Etenim cum dicitur perfectum, uulgas intelligit absolutam uirtutem, de qua non dum agit Paulus apud sediciosos. Si uertissim integri, uisus essem dicere incorruptos, ac probos. Monet enim Paulus, ut non solum concordes sint lingua idem loquētes, ue rumentia ut & integri corporis membra eodem aguntur spiritu, ita & illis mens sit eadē. Porro quod dislitter, diuulsum est, non integrum.

In eodem sensu) τὸν δὲ νοῦ, id est eadem mente.

In eadem scientia) οὐτὴ γνῶμη, id est eadem sententia, quod aut mutatum est a libra rīs, aut intepres legit γνῶστα pro γνῶμη.

Ab his qui sunt Chloes) Vulgarius græcus interpres Chloen familiæ Corinthiensis nomen esse putat, ut intelligas eius gentis aliquos fuisse, qui Paulo significari int. Quem admodum ad Rhomanos scribēs dixerat εἰς τῷ παρισοθούλῳ gentiles illius ac familiares intelligens. Diuus Thomas ambigit utrum Chloen uicū facere malit, qua pertinuerit ad ditionem Corinthiorum, an matronam. Etiam si apud græcos locorum nominibus addi solet præpositio. Certe apud Horatiū Chloē foemina uocabulum est. Me nunc Cressa Chloē regit. Miro uero cōsilio Paulus fidei causa familiæ nomine expressit, at rur sus hominum nomina suppressit, ne quid illis conflaret inuidiae.

Deo meo) Meo apud græcos non est. Et absolutius est, ut sit deus omnium.

In nomine meo baptizati estis.) Εἰς τὸν Ιησοῦν, i. baptizauī primæ personæ.

Siquem alium uestrum) εἴτινα διὰ λαός, id est nunquam alium. Nā uestrū redundat.

Non in sapientia uerbī) εἰς σοφία τοῦ λόγου, id est in cruditione sermonis. Siquidem σοφοὶ appellant non solum quod sapit, uerum etiam quicquid elegans est & eruditum. Porro cum λόγος sermonē significet, potius q[uod] uerbum, cur hoc in loco libuit abutiri uerbo. Et mox ad eundem modum, Verbum enim crucis.

Vt nō euacuet) ἵπα μὴ κενωθῇ, id est ut nō fiat inanis. Nā inane dicit quod nō est solidū sed specie blanditur. Illud obiter annotabis optime lector, quam sollicite curarit Diuus Paulus ut euangelium Christi purissimum esset ab omnibus humanis adminiculis, ne quid inde sibi uendicare posset hic mundus, adeo ut ne eloquentiā uoluerit adiungere, aut eruditionem humanam. At his temporibus cum oneramus Christum opibus negotijs



negocijs prophanis, honoribus, imperijs, exercitibus, uoluptatibus, & quibus tandem nō: Solam eloquentiam exēcramur. Et hac una in parte uel anteīmus apostolos. Nā illi simpliciter dixerunt, sed cordate, sine lenocinijs, at rursum sine spūcītia, sine portentis, in affectate locuti sūt, sed prudēter. Et ut paucis dicā, quemadmodū alio modo potē tes erāt, ac diuites, alio modo nobiles & inclyti, ita diuerso modo tū eruditī, tū eloq̄ntes.

Id est nobis.) Id est, addidit nescio quis. Nam grāce est, τις δὲ οὐ μένοις ἡμῖν. i. Nobis autem qui saluamur.

Vbi scriba. γραμματεὺς. Id Vulgarius ad Iudeos referri putat, apud quos sapientiae professio penes scribas erat, alioqui γραμματεὺς ad uerbum literatorem sonat, unde & literatus dicitur. Virtus dei est.) σύνεσις, ut opponatur infirmitati & impotentiae.

Et prudentiam.) τὸν σύνεσιν συνείπω. i. intelligentiam intelligentium.

Vbi inquisitor.) συζητητής. i. disputator. συζητέων disputare. Gentibus autem stulticiam.) σύνεσις. i. Gracis autem. Ipsis autem uocatis. τοῖς δὲ τοῖς κληροῦ, Dilucidius erat, sed ijs dem uocatis, ut intelligas utriusq; gentis Christianos, quibus ex aequo Christus probatur. Nam id sensisse Paulum, testantur & graci interpretes.

Quod stultum est dei.) ὅτι τὸ μωρὸν Φίδεον καὶ τὸ ἀδενέγε. i. Stulticia dei & infirmitas dei, ut adiectiuū in genere neutro positum intelligatur uice substatiui nominis. Vnde nos mai luimus uertere. Quoniam stulticia dei sapientior est hominibus, & imbecillitas dei robustior est hominibus. Annotauit hunc locum Augustinus in opere de doctrina Christiana libro secundo, ostendens in hac interpretatione, tametsi absit solocismus, non abi esse tamen amphibologiam, quod incertum sit, an hominibus sit dandi casus, an auferē di, quasi dicas, stultum est tibi, sed stultius huic. Id incōmodi uitari posse putat, si uertas, fortius est q̄ homines, & sapientius est q̄ homines. Cæterum si uertisset ad uerbū sapiētius & fortius est hominū, duplex fuisset incōmodum. Porro stulticiam & imbecillitatem dei uocat prædicationem crucis, siue quod ea res stulta & imbecillis uideretur imp̄js, siue quod ad ineffabilem illam dei sapientiam ac potentiam, hæc quodā modo stulta eset & imbecillis. Nonne stultam fecit.) δύχις ἐμάρωνε. i. nōne stultificauit, siue infirmitauit, ut ita loquamur. Fatuum enim & sapidum pugnant inter se.

Videte enim.) βλέψετε γαρ. Tametsi græca uox anceps, tamen sensui magis congruit uidetis, q̄ modus imperatiuus. Nec enim admonet, ut uideat quod sciebant, sed quod perspicuum erat, trahit in argumentum.

In conspectu eius.) Gracis est dei, p eius. Quanq; exemplaria græca uariant. Sunt enim quæ habeant αὐτοῦ p θεοῦ.

Et ea quæ nō erant, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Cū ante dixisset, ξεουθενημένα, hoc est, pro nihilo habita, siue ad nihilum redacta, Hebraica figura rem auxit, quemadmodum & in superiori epistola. Vocat ea quæ non sunt tanq; sint.

Vt ea quæ sunt destrueret.) καταργήσω, quod aliquoties uertit, euacuaret. Est autem antiquare, & uelut oblitterare, ut frequenter iam admonuimus.

Omnis caro.) πᾶσα σάρξ. Mollius erat, uilla caro. Quod & ipsum hebraica figura dictum. Siquidem hic carnem pro homine posuit, ut superius animam. Omnis anima post testibus sublimioribus.

Ex ipso autem.) εἰς αὐτοῦ γαρ. i. ex eodem enim, hoc est, nec ex diuitibus, nec ex sapiētibus, sed sine discriminē ex eodem. Etiam si Ambrosius refert ad patrem, atq; itē Vulgarius, ut sit sensus. Non est quod aliud alium oderit aut fastidiat. Omnes ex eodem parente nati estis, nempe filij dei, idq; per Christū. Quo loco palam indicat Vulgarius, præpositionem ἐν ponit loco δια, quod nos & alias indicauimus.

Qui factus est nobis.) Hoc perinde sonat græce quasi dicas, cœpit nobis esse sapientia, uel fuit nobis sapientia, ὡς ἐγενέθη ἡμῖν σο@ια. Velut illud, ante me factus est. i. cœpit esse prior me.

Vt confundat.) καταργεῖν. i. pudefaciat, aut suffundat, potius q̄ confundat.

Nam

Nam confundi dicitur, qui perturbatur.

Qui factus est nobis sapientia.) Post sapientia Græci habent, & πόστον i. a deo, quod in nostris non legitur codicibus.

EX CAPITE II

TN sublimitate.) καθάπερ οχι. i. iuxta eminentiam. Nam hoc uerbo usus est Ambrosius, λόγου uero melius reddidisset sermonis ἡμέρα uerbi. Testimonium Christi.) Dei est apud Græcos, nō Christi. Non enim iudicauit me scire.) οὐ γὰρ ἐκείνως τοῦ εἰδέτοι τοι τοι. Non enim iudicauit ut sciarem aliquid, fortassis iudicauit refertur ad cōsiliū ueniendi. Siquidem Græci interpres dissimulant huius articuli uim τοῦ, qui præponit uerbo infinito. Aut, quod magis arridet, iudicauit posuit, p̄ aestimauit, uelut in epistola superiori. Alius iudicat diem & diē. Sensus igitur erit, non aestimauit me alicuius precij, ob id quod sciarem aliquid inter uos &c. Nam ubi causa significatur, solet in his subaudiri ἐπεικής ut ἐπεικής θεοῖς. Non in persuasibilibus.) τεθοῖς, i. iusforis, & ad persuadendū appositi, & σοφία sāpe doctrinam significat.

In ostensione spiritus.) ἀπόποθεσία, quod p̄ ppe modum sonat ostentationem. Nā Rhetores καταδεῖσι uocant orationes, quas ostendāt ingenij ḡratia recitant auditoribus. Quod genus extat aliquot Luciani, & Apuleii, Mathematici quoq; uocat' απόθεσία, ubi rem picturis ostendunt. Et dialectici syllogysmum e principijs rem certam colligentem απόθεσία appellant.

Sapientiam autem.) Ex hoc loco apparet quid Paulus senserit, cum tribueret deo stulticiam, nimirum ad collationem huius sapientiae, quam loquebatur inter perfectos.

Aut principum huius saeculi.) ἀρχόντων, quod quidam interpretati sunt dæmones, rei clamātē Chrysostomo, simul & Vulgario, qui principes exponunt, philosophos, oratores, & alioqui doctos, qui olim in republica regnabant.

Nunq; dñm gloria.) οὐκ ἡμ̄ est græcis, hoc est, nequaquam. Id quod incuria librariorum uidet immutatum. Sicut scriptū est.) ἀλλὰ καθὼς γέγραπται. i. sed sicut scriptū est, ut cōsūmatio cōnectat sermonem cum superioribus. Non loquimur sapientiam huius mundi, sed ea loquimur, quae nec oculus uidit, nec aures &c. Porro quod mox præcessit, quā prædictus stinuit deus, ἢ μη προώρισε. rectius est præfiniuit, siue præordinavit, uidelicet suo tempore reuelandam, ne rem putarent nuper inuentam.

Quod oculus nō uidit.) Recte quidem admonet Laurentius uerbum singulare descendit, uertendum fuisse in plurale, propter suppositum neutri generis. Atq; ita citat diuus Hieronymus, cum alijs aliquot locis, tum aduersus Rufinum descenderunt, non descendit, & qui non quod. Verum magis mouet articulus præpositiuus & in initio sermonis. Nam is reddit orationem inabsolutam, tā apud Latinos ἡμ̄ apud Græcos. Nisi subaudias sunt, quanq; huiusmodi quādam & alias apud Paulum, licet reperire Faber legisse uidetur δὲ p̄ δὲ. Verum video δὲ referri ad id, quod præcessit, nemo principū saeculi huius nouit, sed nobis reuelauit. Porro testimonium hoc Paulus sumpsit ex. σ. 4. ca. Elatē, sentētiae magis exprimēs ueritatē, ἡμ̄ uerba annūrās. Nā ille iuxta ueritatē hebraicā ita legit. וְלֹא שִׁמְעוּ לְאַתָּה אֶת־חֲדָשָׁה וְלֹא תִשְׁמַע לְמִזְחָבָה לְךָ. A saeculo nō audierūt, nec aurib⁹ pcepūt, Ocul⁹ nō uidit de⁹ absq; te, quæ p̄parasti expectatib⁹ te. Apostolus legisse uidetur לְמִזְחָבָה לְךָ quod est diligentibus se, p̄ beth, a uerbo בְּבֵבָב quod est uehementer dilexit. Septuaginta uero per Scaph, a uerbo בְּבֵבָב quod est expectauit. Præterea apud Hebraeos est p̄nomē tertia p̄sone וְלֹא sicut apud Apostolum διεύθυντι. His q̄ diligūt illū) τοῖς ἀγαπῶσιν κατέβη, i. diligētib⁹ se. Sed in doctrina spiritus Græce sic habet, οὐκ ἐδιδαχτοίς ἀνδρῶσιν σοφίας λόγοις, ἀλλὰ ἐδιδαχτοίς τενέμαρτοῖς ἀρχοῖς. i. Non in doctis humanæ sapientiae uerbis, sed in doctis spiritus sancti, ut subaudias uerbis. Doctis autem hoc loco nomen adiectiuū, nō participium. Et genitius sapientiae ad doctis refertur magis ἡ ad uerbis, quasi dicas, Non in uerbis callentibus humanam sapientiā, sed

pientiam, sed in uerbis peritis spiritus, hoc est quæ habet doctrinam sp̄us. Quanq̄ alias hoc uerbum Paulus usurpauit actiue διδακτικὸν θεοῦ, pro eo quod est idoneum, qui doceat deum. Ad eundem modum hic legas licebit, nō in uerbis quæ doceant humanam sapientiam, sed quæ doceant spiritum dei. Ambrosius sensum magis exprimit q̄ reddit uerba, legens ad hunc modum. Non in doctrina uerborum humanæ sapientiæ, sed in doctrina spiritus. Vulgarius sentit ea quæ didicerit Paulus a spiritu. Mihi magis probatur ut intelligamus non in sermonibus qui doceant humanam sapientiam, sed qui doceat, quo pacto queamus assequi spiritum Christi.

Spiritualia cōparantes.) οὐχ προντεῖ. i. cōserētes, cōponētes, ne quis accipiat cōparare, pro parare. Nec em ad homines refertur spiritualibus, sed ad res, quibus accōmodandā putauit Paulus eloquentiam item spiritalem. Ne uideretur absurdū coelestem illam philosophiam, humanis uerborum ornamētis cōmendari. Nam quod admonet Vulgarius de sacramentis euangelij, cum ueteris instrumenti sacramentis cōferendis, ut uerū esse fateor, ita parum existimo quadrare ad huius loci sententiam.

Animalis autem homo.) φυχὴ κόστος, uelut animum, hoc est affectus sequens humanos. Etenim cum Paulus hominem diuidat in tres partes, carnem, animam, & spiritum, hic animæ uocabulo pro spiritu est abusus.

Stulticia enim est illis.) Est pluratiue erat uertendum, ut intelligas ea quæ sunt spiritus, illi esse stulticiæ. Fefellit interpretē uerbum singularis numeri, led quod uice pluratiui possum est. Spiritualiter examinatur.) ἀναπρινται. i. diūdicatur, quod uerbum mox sapius uerit iudicatur. Rursum hic examinatur erat dicendum, ut subaudias quæ praecedunt. Nempe ea quæ sunt spiritus, nisi τοι sit articulus nō coniunctio, quod ut hic sit sensus, non potest intelligere ea spiritualiter diūdicari, cum sit carnalis.

Etiam profunda dei.) καὶ τὰ βαθύν, id est etiam profunditates.

Sicut scriptum est, quis enim cog.) Sicut scriptum est in græcis codicibus nō inuenio. Cæterum testimoniū quod sine nomenclatura retulit, est apud Esaiā cap. 40. Quanq̄ Paulus sensum expressit potius q̄ appendit uerba. Siquidem septuaginta uerterūt ad hunc modum, indicante Hieronymo τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, Καὶ τις ἀντί σύμβολος ἐγένετο. i. quis nouit mentem domini, & quis consiliarius eius fuit? Iuxta ueritatem hebraicā, ita trāstu lit Hieronymus. Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo in ijs consilium & instruxit eum?

Porro quod Paulus ait στομάτα, Vulgarius interpretatur δορδώσται. i. corriget siue corrīpet. Quod æquidem non admodū probō. Cæterum quod Hieronymus uerit adiuuit, Paulus cognouit, Hebraice εἰστιν. Quod Hieronymus uerit spiritum, Paulus mentem apud Hebræos est. רוח נֹשֶׁת אֲנָשֵׁים וְאֶלְעָזָר וְבְנֵי נַחַן. Sic habent hebraea.

Aut quis instruxit eum.) ὃς συμβιβάσῃ διντέρῳ. i. qui instruet aut docebit eum. Quanquā græcis ambiguum est, qui ad mentem referatur, an ad dominum. Quanq̄ ipse malim in eam legi sententiam, in quam legunt omnes. Quis cognouit mentem domini, qui instruturus sit illum? Quod ut fieret euidentius, explicuerunt per coniunctionem disiunctiua. Videri poterat referre eam sententiam, quæ est cap. Sapientiae nono. Quis em̄ hominum poterit scire cōsilium dei. Aut quis poterit cogitare quid uelit deus? Ac paup̄ post. Sensum autem tuum quis sciet? Nisi apud Hebræos liber sapientiæ extra canō nem esset. Vnde satius est, ut quemadmodum ostendimus ad Esaiām referamus testimonium. Nos autem sensum.) μοῦν, id est mentem, & tenemus magis quadrabit q̄ habemus. Ut accipiamus domini mentem perfectis esse cognitam.

EX CAPITE TERTIO.

QVASI spiritualibus.) ὡς ubiq̄ est, quod iste nunc, quasi uerit, nunc tanq̄, per tāq̄ recte uerislet ubiq̄. Tāq̄ paulis in Christo, i. ὡς νηπιοῖς, νήπιος significat qq infantem

infantem adhuc pusillum, & stultum, parumq; prudentem potissimum ætate, poterat igitur dicere. Infantibus in Christo. Porro datius hic parvulis ad superiora pertinet, hoc est ad loqui, non ad id quod sequitur. Lac potum dedi, id quod ex græco liquet sermone. Non escam.) Aut ferenda est ἀκυρολογία, aut aliquid subaudiendum est γάλα θυμός ἐπότισα, οὐ βρῶμα, quod ad uerbum ita sonat. Lacte uos potau, non cibo. Quis aut potat hominem cibo? Vnde Vulgarius addit προσήνεγκα, obtuli, ut hoc ad cibum pertineat. Nos quo sermonis absurditatē effugeremus, ita uertimus. Lactis potu uos alii, non cibo. Vnum sunt.) Θέρετρο, hoc est nullius discriminis, quantum ad hoc quod uterq; alienum agit negocium, neuter suum, ut ab ijs uelut autoribus debeat sibi cognoscere, & factionibus inter se dissidere. At si diuus Paulus ita stomachā aduersus Corinthios, quod ab ijs mutuarentur cognomina, a quibus baptismum acceperant, & Christi mysterijs primum erant initiati, quid diceret de nostra tempestatis factionibus, qua mille cognomētis, mille cultibus, ceremonijs, regulis inter se dissidēt, qui uocantur religiosi? Ut sapiens architectus.) ἀρχιτέκτων, qui princeps & auctor est fabricæ Nam in iaciendo summum est negotiū. Hic σοφὸς plane posuit pro docto & scito.

Sed ne nunc quidē potestis.) ἀλλόπεπτη νῦν δύνασθε, id est imo nec adhuc nūc potestis, quanquam id nihil ad sententiam.

Zelus & contentio.) Græci tria ponunt θλος Εὐθε καὶ διχοστοῖ, id est aemulatio, & lis, & seditio. Nonne homines estis.) Et hic pro homines est στρικοῖ, id est carnales. Tametsi in castigatoribus exemplaribus scriptū reperio carnales. Nam mox sequitur & secundum hominem ambulatis.

Quid igitur est Paulus.) Quis est græce, non quid τοι. Et Apollo est nominandi causus, non Apollo αὐτολλώς, cuius genituum facit Apollo.

Eius cui credidistis.) ἀλλή διάκονοι δι' ἀρεπισεύσατε, id est nisi ministri per quos credidistis, hoc est non autores fidei uestra, sed ministri dumtaxat.

Dei enim adiutores sumus.) συντεχοῖ, id est cooperari legit Augustinus. Ambrosius legit operis participes, uelut explicans græcam uocem.

Dei agricultura.) Δεῦ γεωργοῦ, id est dei agricolatio (estis) uerbum tantum apud græcos apponitur in proxima orationis parte. Dei ædificatio estis.

Vniuersusq; opus.) Hic Ambrosius legit, qui facit hoc opus, manifestus erit, si modi codex mendo uacat.

Dies autem domini.) domini additum est, sed tamen articulus facit propemodum, ut de certo die debeat accipi, ή γαρ ημέρα, quasi dicas, Nam ille dies.

In igni reuelabitur.) Reuelatur est præsentis temporis ἀποκαλύπτεται, ut sensus sit absolutus, omne opus igni perspicuum fieri.

Detrimentum patietur.) ζημιαδίσται, id est damno afficietur, ueniam consequentur utcumq; cæterum nihil auferent præmissi.

Fenum stipulam.) καλάμη, id est culmum. Illud obiter admonendum, quod dixit, aurum, argenteum, & lapides pertinere ad pios, lignum foenum, stipulam ad impios, ut palam ex primo libro Hieronymi aduersus Iouinianū. Tribus enim duraturis in igni, tria opposuit peritura, si ignis inciderit. Hoc ideo dixi, quod sint qui hæc non ad mala & bona opera, sed bonorum operum gradus referant. Nec admodum ad rem pertinet, hoc purgatorij mentionem admiscere. Quandoquidem diem posuit, pro perspicua operis inspectione. Nam nocte, & quæ bella sunt displicant, & quæ foeda placent, diei certiora sunt iudicia. Deinde ignem posuit pro exacta exploratione.

Violat disperdet.) φθείρε φθερε, id est destruit destruet, iucunda uocū allusio, & idem uerbum uariauit interpres. Sed recte, quod apud latinos non responderet allusio. Est enim græcis φθείρω corrumpo, ut corrumptitur uirgo, aut res sacra, est & perdo.

Quod estis uos.) οἵτινες εἰσεν μεῖ, id est qui estis uos. Tametsi hoc nihil ad sensum te-

Quod

litterarum nictum est ex Job
parvissim. In alia f
omnibus sunt.) No
tum minime gratia, c
EX C^A
D [periatores minifler
miles erat astimē, &
administrant quid
Hic quæritur,
princeps, sive polthac que
m. Quæritur autem hoc l
mo peccatum speciatī sol
aut ē humano die.) Hun
iamon elegantem fusile i
la tera Caterum humanum
hunc solle, & rūs & pīs
I configurauit in me & Ag
mū in nos duos transfigili, &
cōfideremus. Item Apoll
Atq; hic connell latini co
bis prima. Ne laprājī
egūt, iūrū, & cōfiderat
tre, id est de uos sentire ne
perturbation, aut dilatior
præceptores, ut hic inflatur no
sol leuitas, aduersus alterū,
præceptum quos esse solle
Quis enim ne dicitur?)
Sine nobis regnum, Regn
id est regnantes. Quāq; in l
munt. Veri potest regnum
Tantū morti delictos.)
euēt. Senti enim de ijs, qu
polibellū obiectebant.
Spiculum lumen, lumen
dicitur. Nobiles ignobil
obicitur. Nec enim his nobilis e
lud genos referant, hoc ad fa
tū nobilis & ignobilis.
In nobilis sumus, ueriusq;
is uerius fedibus. Et uenit
Maledictum & benedictum
ditur per verba adiecta coniunct
male dictum lue coniunctū offi
Omnium perfida, uer
erius potest poralis pī
calum quo fidantes se aduersus
venimus, alii quod obiectum in
uero Græcas quidam effe

stimonium adductum est ex Job Capite quinto. Comprehendam.) ὁ δραστήρ μεν Θ. i.
qui comprehendit. In astutia sua.) Sua referendum est ad sapientes, non dominum;
Omnia enim uestra sunt.) Non repetitur secundo loco, enim, & officit sententiae. Iter-
tatur enim confirmandi gratia, quasi diceret, Omnia inquit uestra sunt.

EX CAPITE QVARTO.

Dispensatores ministeriorum.) μυσκέωμ, id est mysteriorum siue arcanorum, &
melius erat aestimat, & existimet, & dispensatores hic oeconomici vocantur, qui
administrant quidem, sed rem alienam & rationem reddituri.

Hic iam queritur.) ὁ δὲ λοιπός γνῶνται, id est quod autem super est queritur,
siue deinceps, siue posthac queritur. Interpres leguisse uidetur ὡδε, non δὲ, id hic, non quod
autem. Quaritur autem hoc loco significat spectat siue requiritur. Nam fides in oeco-
nomo potissimum spectari solet.

Aut ab humano die.) Hunc locum alicubi citat Hieronymus, ut ostendat Paulū non
admodum elegantem fuisse in lingua græca, sed quædam Cilicū more dixisse. Nam Cī
lix erat. Caterum humanum diem dixit pro iudicio humano. Reis enim dies dicitur.
Itaq; nolite.) οὐ τε μὴ τρὶς καιροῦ τι κρίνετε. i.e. ne ante tempus aliquid iudicetis.

Transfiguraui in me & Apollo.) μετεχχμάστοι. i. transfiguraui, hoc est aliorum perso-
nam in nos duos transtuli, & sub persona de malis disp̄satoribus locuti sumus, ne quos
offenderemus. Item Apollo hoc loco accusandi casu debet accipi, in me & in Apollo.
Atq; hic nonnulli latini codices habent, ut in uobis discatis, secundæ personæ, pro no-
bis prima. Ne supra δη̄ scriptum est.) Græce paulo diuersius est μὴ ὑπέρ δὲ γέγραπται
φρονεῖμ, οὐ μὴν ὑπέρ τενδε, μὴ φυσιοῦδε κατὰ τέτερου, id est non supra id quod scriptum est sen-
tire, id est de uobis sentire, ne unus pro uno infletur ad singulos discipulos ac
præceptores, ut hic infletur nomine Apollo, ille nomine Pauli, hic nomine Cephæ, &
quod sequitur, aduersus alterū, pertineat ad christianos inter se discordantes, ob studia
præceptorum, qui mos esse solet carnalibus.

Quis enim te discernit?) διακρίνει, id est diuidicat.

Sine nobis regnatis.) Regnatis est græce ἐβασιλεύσατε, & utinā regnetis, ἐβασιλεύσατε,
id est regnassetis. Quanq; in huiuscmodi Graci nonnunq; præteritis pro p̄sentibus ab-
utuntur. Verti poterat regnum consecuti estis, & consecuti sitis.

Tanq; morti destinatos.) ὡς ἐπιθανατίου, id est obnoxios morti, quanq; interpres bel-
le uertit. Sentit enim de ijs, qui iuxta morem Rhomanum inclusi caueis, spectante po-
pulo bestijs obijciebantur.

Spectaculum sumus.) δέατρον. i. theatrum, quod tamen & apud Gracos a spectando
dictum est. Nobiles ignobiles.) ἔνθοζοι, ἄτιμοι, id est glorioli & infames, siue clari &
obscuri. Nec enim hic nobilis est eadem uox, quæ superius fuit ἐνγενής & ἀγενής, nam il-
la ad genus referuntur, hæc ad famam & opinionem. Nec est in uerbis græcis illa προσωνο-
ματικ; nobilis & ignobilis.

Instabiles sumus.) ἀσατοῦμεν, non habemus certam sedem. Vnde nos uertimus in cer-
tis uagamur sedibus. Est autem una tragicarum impecrationum ἔιναι ἀνέσιον.

Maledicimur & benedicimur.) Participia passiva præsentis temporis interpres red-
didit per uerba, adiecta coniunctione λοιδορούμενοι διώκομενοι βλασphemούμενοι. i. dum
maledicimus siue conuicti afficimur, dum persecutionem patimur, dum blasphemamur.

Omnium peripsema.) πάντων περίτημα. Interpres græcam uocem reliquit, quam Lau-
rentius putat uerti potuisse puluis uestigiorum. Græca scholia dicunt περίτημα esse re-
ticulum, quo sudantes se abstergunt. Alij soleæ suppactū corium, alij puluerem quem
calcamus, alij quod abiicitur in mare, quo nauis sit incolmis. Videtur omnino peripse-
ma apud Gracos quiddam esse tale, quale apud nos est, nauci, quisquilia & sterquiliniū.

qq 2 Addit

Addit Suidas ita vocari solere hominem iugib⁹ obnoxium malis. Vulgarius putat idem esse πειραθάρμα & πειρίθυμα. Nempe εποωσύγγισμα, id est id quo abstergitur. πειρίθυμον enim esse abstergere.

Non ut confundam.) οὐκ εὐτρέπωμι, id est non confundens, quanquam melius erat suffundens, aut rubore suffundens.

Charissimos.) ἀγαπήτοι, quod ita perpetuo fere transfert, cum sit dilectos, nisi quod suspicor id data opera factum, quod ea uox græcis plus quiddam significat, & nobis dilectus. Si decem milia.) μυρίου, quod aliquoties decem milia significat, alias ingentem numerum, pro quo latini abutuntur sexcentis, μυρίου, igitur dixit, pro qualibet multis, & paedagogi serui erat, quibus patres liberorum moderandorum curam mandabant. Multum autem interest inter paedagogū & patrem. Paedagogus seruit pro imperio. Pater etiam uitam si necesse sit impedit.

Rogo ergo,) παρακαλῶ, quod plarumq; uertit obsecro.

Filius meus charissimus. ἀγαπητὸς dilectus.

Tanq; nō uenturus sim. ὡς μὲν ἐρχομένου, id est tanq; me nō ueniente ad uos, seu tanq; non ueniam, quanq; hoc uerbum inuenitur in significatione futuri.

In uirga ueniam.) Venio magis est ἡλθω, alioqui addidisset ὤς aut ἦν.


EX CAPITE QVINTO.

O Valis nec inter gentes) deest in latinis codicibus ὄνοματος, id est nominatur,
Nec erat ociosa huius uerbi emphasis, quod hoc libidinis genus non solū nō
cōmitteretur inter gentiles, uerum nē nominaretur quidē. Quod annota-
uit & Vulgarius, nīl maius nominatur simpliciter positum pro auditur.

Absens corpore præsens autem.) Hoc est quod quodam in loco anno
tauit Hieronymus Paulum ob imperitiam græcanici sermonis aliquoties non reddere
has inter se coniunctiones u& & de, quas Græci plerūq; connectunt.

Eum qui sic operatus est. τῷ ὄντῳ τοῦτο κατεργασθείενοι. i. eum qui sic hoc fecit siue magis perpetrauit. id quod mox ad eundem repetit modum.

Congregatis uobis & meo spiritu.) συναχθέντων διαρροή καὶ εμού πνεύματος, id est conuocatis siue congregatis uobis & meo spiritu. Faber Stapulensis amicus noster hunc locū mutauit, Volens συναχθέντων deduci a συναχθόμαι, cuius in hac quidem parte non subscribo iudicio, etiam si alias eruditissimo pariter ac diligentissimo utro lubens assentior, & reclamant cum alia, tum græca scholia, Ad hæc interpres quos ego uiderim oēs, qui te stantur Paulum hoc ideo dixisse, ut ostenderet hanc tam seueram sententiam non profectam ab ipso proprie, sed a cōmuni ecclesiæ consensu. Nam & synagoga hinc dicitur, παρὰ συνάγω, quod est congrego siue conuoco. Porro addidit, & spiritu meo, quod ipse corpore tum non erat præsens, sed spiritu dūtaxat adesset in ea sententia pñuncianda. In diem domini nostri Iesu Christi.) ἐπ τῷ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου μου, id est in die domini Iesu

Nec additur Christi. Rursus diem appellat iudicium.
Modicum fermentum totam massam corrumpit.) Hieronymus in epistolam ad Galatas libro tertio taxat interpretem. quod perperam uerterit, citans hunc locum, & emendat ad hunc modum. Modicum fermentum totam conspersionem fermentat. Ego ue-
ro malum fermentum dicere & peccatum facere anti. 

Totam massam corrumpit.) Quod hic massam uertit mox conspersionem transtulit
grace φύσια ea ē farina aqua cōspersa siue tpata, a uerbo φύωqd significat miscere , ue-
luti cū argilla huore maceraf. Interfiss mutauit cū nihil effet cur force affectuāda varigas

Pascha nostrum.) deest pro nobis ^{ut p̄c̄ s̄ u. m̄} i. pro nobis immolatus est &c.

Itaq; epulemur.) ἐορτάζωμεν, i. festum agamus diem. Solent autem η dies solennibus epulis celebrari. Et nequitia.) Τῶν κηρυκίων, quod significat & maliciam & uerutiam, duo pposuit κακίας καὶ πονηρίας, quibus respōdēnt, qua postea sequūtur εἰλικρινία. Καὶ λαχεία.

Nam malicia opponitur synceritati, uersutia ueritati, hoc est simplicitati. Sic & Ambrosius, ut synceritas mundam uitam faciat, ueritas omnem fraudem excludat.

Cum fornicariis.) τοῖς πόροις, id est scortis, est enim uox quae cōmunis sit cuius corpori meritorio. Prostabant enim Corinthi non solum puellæ, sed & catamyti. Etiam sunt, qui uelint πόρον, etiam dici scortatorem non solum scortum, putant enim dictum a πέρω, quod est uendo, id quod magis competit in scorta. Ceterum quod dixit cōmiseri græce est οὐαναπλήρωθαι, id est denuo cōmiseri, significas eos id facere solitos, antequam initiati essent Christo. Et cōmiseri, non solum est habere rem cum illis, uerum etiam habere consuetudinem & cōmercum, id est inculcat cum adiūcit δύ πάτωσ. τοῖς πόροις τοῦ κόμου τούτῳ, quod intelligeret difficillimum esse, uersari inter tot illecebras eius regionis nec pellici in peccatum. Ceterum quod dixit mundi huius non est accipendum quasi stralus mūdus. Mundum hūc Graciam intelligit, ac præcipue Corinthum huiusmodi uoluptatibus corruptissimam. Ad eum modum interpretatur Chrysostomus, si modo illius sunt cōmentarii, qui illi inscribuntur. Lyra docte exponit fornicarios huius mundi, qui cōmiseriter inquit uocantur ribaldi. O grauem diuinæ scripturæ interpretem.

Sed in azymis.) Azymi uocem quam ubiq̄ relinquit, fermentatum uertere poterat. Synceritatis.) εἰλικρινίας. Nō utiq̄. Καὶ δὲ πάτωσ, & non omnino, siue in totum, ut intelligas ab omnibus abstinentiam, siue quod placet Ambrosio, ut sit exponētis, nō abstinentiam a fornicariis huius mundi, sed a fratribus, hoc est a christianis fornicariis.

Alioqui debet, id est quoniā, siue quandoquidē, quod hic subinde transfert alioqui. Debueratis ex.) ὀφελετε. i. debetis, legitur apud Græcos per o paruū. Quandoquidē debetis exisse ex hoc mūdo, hoc est esse alieni a mūdo quando nō conuenit cōmiseri fornicariis. Etiam si Græci interpretentur de relinquenda Gracia, si non licet alia ratione effugere cōmercum scortorum & scortatorum, satius est infectam ac pestilentem relinquare regionem. Verum id non audet ab illis exigere, quod tamen malit, illud certe exigit ne cōmiserantur, & ideo sequitur. Nunc autem scripsi uobis, hoc est mitius.

Si is qui frater nominatur.) Hic latini addunt de suo (inter uos) quæ duo uerba non sunt in Græcis codicibus.

Quid enim mihi.) τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνει, id est quid enim mea, etiam eos qui foris sunt iudicare? Hoc, est quid ad me attinet?

Auferte malum.) ἡλεκτῆτε τὸ πονηρόν, id est tollite scelerosum, ut ad hominem referatur, non ad rem.

EX CAPITE SEXTO.

Et audet aliquis.) τολμᾶ, nonnunq̄ significat sustinet, aut potest cum significamus rem non pericolosam, in qua proprie dicimus audere, sed duram affectus nostris, & intolerandam atq̄ indignam, ut & superius indicauimus.

Apud iniustos.) ἐπὶ τῷ αδίκῳ magis sonat sub iniustis, & sub sanctis, ut dicimus sub tali principe, & sub iudice, ut Horatius. Et adhuc sub iudice lis est. At in iudice potissimum requiritur iustitia.

De hoc mundo iudicabunt.) τὴν κόσμον κρίνουσι, id est mundum ipsum iudicabunt. Id dicari mundum dixit, quod ex uita sanctorum appetit mundanos errare ac despere. Idq̄ uelut explicans subiecit. Si in uobis iudicatur mundus. Nam iudicatur est præsentis temporis κόσμος, non κρίτης. Consentientibus tum exemplaribus, tum interpretibus, ut palam intelligas eum loqui de uita Christianorum, quæ utinam hodie talis esset, ut per eam mundus iudicaretur. Nunc ab ethnicis pleriq̄ titulo magis ac ceremonijs, q̄ affectibus ac uita differimus.

Indigni estis, qui de minimis iudicetis.) ἀνάγοιτε κριτήιαμ ἐλαχίσωμ, id est indigni estis minimis iudicijs. Nam κριτήιον locus est ubi causæ cognoscuntur. Siquidem alicubi audebant causæ capitales. Alicubi leuiores, ac ciuiles, de mutuo, de cōmodato, de empto,

hæc quæ ad uite usum pertinent, uocat minima. Græci sic accipiunt. Cum sitis iudicati de mundo, indignum est uos iudicari in gentilium iudicijs, quæ hic minima uocat. Quanq; sermo græcus anceps est, potest enim accipi, indigni estis qui de minimis litigatis, aut iudicetis, iudicaturi & angelos.

Quanto magis secularia.) græce est μάτιγρε βιωτικὰ, id est nedum uictualia, aut quæ ad uictum, aut facultates attinent. Nam biog grecis tria significat, uitam, uictum & facultates, ac substantiam qua uiuimus.

Sacularia igitur.) Et hic est βιωτικὰ, quasi quæ ad uictum, & rem domesticam pertinent. Mira est autem in hoc interprete copia affectatio.

Contemptibiles.) οὐδὲν κακόν, id est contemptos & nihil habitos.

Illos constituite ad iud.) καθίστε. Anceps est quippe, quod uerti poterat constituite uel constituitis. Mihi non displicet modus imperandi, ut apostolus iubeat, uel extremis christianorum id munera delegendū potius q̄ ut ad gentiles iudices eant. Etiam si dissentit Ambrosius aliter explicans hunc locum. Græcorum scholia mecum faciunt, & magis quadrant ad sensum Pauli. Nec enim illud hic agit qui constituatur iudices in ecclesia, sed ne Christiani litigent apud infideles, & quemuis potius uel contemptissimum, modo christianum, arbitrum suæ causæ faciant, q̄ adeant tribunalia gentilium. Diuus Augustinus in libro de opere monachorum ait sese ex hoc Pauli loco cogi ad suscipienda iudicia causarū, cū esset episcopus. Quod recte an secus, nō est huius loci excutere.

Constituite,) καθίστε, id est collocate. Nam καθίσεται est proprie collocare in sede, & iudicis est sedere. Mire autem addidit τούτους ad odium rei.

Ad uerecundiam uestram.) τῷ πόλεμῳ, id est ad cōfusionem sive pudorem, aptius q̄ ad uerecundiam, & paulo superius uertit ad confusionem. Hoc adiecit, significans se non esse locutum ex animo quod uellet contemptissimos ad iudicandum deligi, sed quod hoc quoq; iudicaret tolerabilius, q̄ id quod illi faciebat, litigantes Christiani apud gentiles. Frater cū fratre iudicio contendit.) κρίνεται, id est iudicatur, quod tamen non ineleganter uertas litigat, sive iudicio contendit.

Et hoc apud iniustos.) ἐπὶ τῷ αδίκωμ, i. sub iniustis, ut modo indicauimus.

Sic non est.) οὐτως, in nonnullis exemplaribus græcis coniungitur cum proximo praecedenti uerbo dico, non cum sequentibus, ut sit sensus, sic loquor, non quod id uelim fieri, sed ut intelligatis q̄ sit indignum quod facitis. Nos tamen diuersam lectionem sequi maluimus. Sapiens quisq;.) οὐδὲ λίγο, id est ne unus quidem quod est uehementius, cū sitis tam multi. Iam quidem omnino delictum est.) Non est græce παράπονα, sed ητημα, quod significat aliquem esse uictum, & superatum. Uictus uidetur ab iracudia, aut auaricia, qui ob pecuniolam litem mouet fratri, Ad hunc modū exponunt græca scholia.

Fraudem patimini.) αποστειδε, id est damno afficiamini, aut fraudamini. Nam fraus aliquando non pro dolo, sed pro damno ponitur.

Et hoc fratribus.) Poterat interpres incolumi grammatica uertere sic. Inuria afficitis & fraudatis, atq; id fratres, nec est quod mutes & hoc, ηταῖτα, in & hæc, quasi hac uia subuentum sit latinitati, quemadmodum uult Stapulensis, quandoquidem latinus sermo qui recipit loquendi formam, numerum pluratiuum nō recepit, nisi sit nomen eiusdem numeri, ut multa abegerunt pecora, eaq; insignia.

Neq; fornicarij.) οὐτε πόρνοι, id est scorta sive scortatores. Opinor interpretem consuuisse uerecudis auribus, quod scortum apud latinos uocabulū sit obscenius, dictum a pellibus. Ac mox ἀρχενοίται, rem per se fecissimā q̄ potuit minime ſcēde significauit. Siquidem concubunt, & qui in eodem dormiunt lecto, etiamſi nihil peccent. Illud ad miror cur faber Stapulensis hoc loco maluerit cinædi uocabulum, non solum obscenum, uerum etiam aliud exprimens q̄ Paulus fenserit. Siquidem cinædi ni fallor discentur, qui turpiter obsecundant pædiconibus.

Non possidebūt

Veritatem, ut obsecunda
et hoc obsecundat illis reg
inueni amorem obsecundam
fieri, alioq; in potestate red
in turbam, ac ego nō redig
fuerint. Ita dicendum n
et hoc dicendum erat. Ita i
vident, ut ille citat. Nec hi
magis congruit cum de ge
dec quidem, q̄ uera fons i
stutie, non omnes, ut anno
35, aut adhuc, aut maiori
mune. Nam fortunæ de adol
aut raro politum pro rati
et alii heptenario appor
Quidam et mox, i. ualid
ut eo quod sequitur, unum
Ex eundem duo in carne una
omnibus in libello ad Geru
ut, pon in dūs, pec in trea
erunt duo in carnem unam
loris aduersus louniam. V
et uehementis. Annodis
egit citat Hieronymus ad
non templo, aut numerus p
hine corpore loquitur, magis a
importum estis specie mag
nisti enim eius prelio. Nam
de emplo prelio, numerum iam
adieci, apparet ex epila du
e portare dei. Græci nō ad
templo, in foro uero, h̄e illu
p̄. Ceteri utraq; vox græcis
E quibus autem scripsi
color haud est infle
muli respondet. Bi
ca uox, prout in amb
utris sermonis se penero, lig
regiunt sive conseruunt. Pro
tum est distingue ab uox, ho
adieci, locutionem studio in
contingit quoq; periculum in,
duinis literis, quoniam aut bon
paratus ferri nolam, h̄e fieri, et
inde ex epilo Pauli apud oī
micii ell, quibus mos tanq;
uocculo, plene haud open
uocli & quo animo dicuntur.
apparet fornicationem aut.

Non possidebunt.) διὰ κληρονομίας οὐ μ. i. non sortientur sortem siue hæreditatem regni dei, hoc est non continget illis regnum dei. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius.) Græcorum uerborum iucundam allusionem interpres seruare non potuit. Ἐγειρόμενοι & ἐξασταθέντες, i. licet, & in potestate redigari. Eam nos utcūq; retulimus ad hunc modū omnium mihi potestas est, at ego nō redigari sub ullius potestatem.

Etsa uentri.) Escæ dicendum in plurali numero, sicut paulo post, uenter es sis. Tum & hunc, & has dicendum erat. Ita ferme citat Hieronymus in epistola ad Amandū, & græcas sic habent, ut ille citat. Nec hoc ita magni refert, nisi quod multitudinis numerus hoc loco magis congruit cum de generibus ciborum agat, non simpliciter de cibo.

Et hæc quidem.) η τοῦτο τινες ήτε, i. & hæc quidam eratis, ut intelligas quosdam ex illis tales fuisse, non omnes, ut annotauit Valla. Neq; enim consentaneum est omnes fuisse fures, aut adulteros, aut masculorum concubitores, etiam si idololatriæ uiciū omnibus fuit commune. Nam furtum & adulterium apud græcos etiam legibus puniebatur. Nisi malum tuū & positum pro τοιούτοι, & τινες additum iuxta proprietatem græci sermonis, ut & alias sapenumero apponitur, ut sit sensus, huius generis homines fuisse.

Qui adhæret mer.) δοκιμώμενοι, quasi dicas qui agglutinatur. Idq; cōcinne quadratum eo quod sequitur, unum corpus efficitur.

Et erunt duo in carne una.) τις σάρκα μια, i. in carnem unam. Atq; ita legit diuus Hieronymus in libello ad Geruntiam de monogamia, id quod palam est, ex eo quod sequitur, non in duas, nec in treis. Porro iuxta proprietatem hebraici sermonis, nihil aliud est erunt duo in carnem unam q̄ e duobus fiet uelut unus homo. Citat ad eūdē modū in libris aduersus Iouinianū. Vnū corpus efficitur) Est q̄ apud græcos est p̄ efficitur, quod est uehementius. An nescitis quoniā mem.) Grace nō est μέλη sed σῶματα, i. corpora atq; ita citat Hieronymus aduersus Iouinianum libro secundo. Porro quod templū dicit, non templo, aut numerus positus est pro numero, aut quoniā de pariter collecto eccl̄ies corpore loquitur, magis conueniebat templū q̄ templū, ut indicat & ille.

Alij interpretatio sermonum.) γλωσσῶν, quam uocem modo uerterat lingua, nūc uerit sermones. Vnus & idem.) Τὸν δὲ τὸν ἀντίτονον. Articulus additus facit ut de certo spiritu intelligamus, proinde nos uertimus unus ille atq; idem spiritus.

Diuidens singulis,) διαρροῦν ἕδα ἐκάστῳ, id est diuidens priuatim unicuiq;, quod Hieronymus in dialogo primo aduersus Pelagium uertit proprie sive propria.

Sive gentiles.) εἴτε ἔλληνες, id est græci. In uno spiritu potati sumus.) Græce est in unum spiritem potati sumus, sicut superius uertit in unum corpus, οὐ δὲ σῶμα. Ad eum modum legit Ambrosius græca secutus exemplaria. Ceterum aliquanto superius miscuit diueritas præpositiones εἰς & εἰ, καὶ γαρ εἰ μὲν εἰ πνεύματi, μὲν τάπεις, εἰς δὲ σῶμα ἐβαπτίσθη μεν, id est, etenim in uno spiritu, nos omnes, in unum corpus baptisati sumus. Quod si complexim legas, sensus erit. Nos omnes baptismi facti sumus unum corpus, idq; per spiritum omnibus communiter impartientē se. Sin diuīsim, subaudiendum erit uerbum substantiū

substantium sumus. Etenim in uno spiritu sumus nos omnes. At prior lectio mihi magis arridet. Non estis mihi necessarij.) χρείαρ̄ ήμῶν δικής. Quod modo uerterat, opera uestra non indigeo. Necessaria sunt.) ἀναγκάται, id est necessaria per positum nō comparatiuum. Nam comparatio redditur per magis. Quāq; μᾶλλον pro potius accipi potest, ut corrigat uerius q̄ comparet, sitq; sensus, ea membra quae putantur inhonesta necessitate commendari & usu.

Et quae putamus ignobiliora.) Non redditur interpres festiuā uocū allusionem ἀτιμότητα & τιμήν, id est inhonoriatora, & honorem.

Et quae honesta sunt nostri.) ἀσχήμονα, & ἐυχήμοστην, id est immodesta siue indecora, & modestiam siue decus Ambrosius legit, & quae inferiora sunt nobis, reuerentiam abundantiore habent. Verum haud scio an locus mendo uacet.

Nullius egent.) δικής χρείαρ̄ δικής, id est non habent opus, ut subaudias eo honore addito.

Temperauit.) συνέκεισθε, id est contemperauit, hoc est simul moderatus est, & miscuit membra temperatura quadam, ut sibi mutuo sint auxilio.

Eicui decerat.) οὐδὲν ιστροῦντι, quod uertere solet, deficit, sed hic bene redditur.

Vt non schisma in corpore.) Graciam uocem reliquit χιρουα uertere poterat dissidiū. Sed in id ipsum. ελλὰς δὲ αὐτὸν πέρι ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη. Sed idem mutuo curent membra, ut τὰ μέλη parem indicet omnium membrorum sollicitudinem.

Siue gloriatur.) θολόζεται, id est glorificatur, hoc est honore afficitur. Interpres uideat gloriatur dixisse pro gloria afficitur Thomas Aquinas interpretatur gloriatur, uigorat ut sentire possit eum non nihil offendit hoc loco.

Membra de membro.) μέλη ἐκ μέρους, id est, membra ex parte, hoc dicit, quod Corinthij non essent omnia membra corporis, sed aliqua pars membrorum. Quāq; Ambrosius legisse uidetur, εἰ μέλους. Est autem facilis in hisce literis lapsus ob affinitatem uocum μέλης & μέρους. Ad eundem modum legit diuus Thomas trisariam hunc enarrans locum. Ceterū ille sensus minus est coactus, ut intelligamus membra de membro, hoc est aliud membrum ab alio pendere, mutua connexione. At superiorem lectionem sequitur Vulgarius.

Et quosdam quidem.) καὶ δύο μέρη. Articulum postpositum Paulus aliquoties usurpat pro præpositu, in distribuendo. Verum hic non habet quod respondeat, cuiusmodi multa sunt apud hunc apostolum. Nam quod Faber Stapulensis mutat quosdam in suis, non est probabile, præsertim in oratione soluta, maxime cū nullum nomine adhaeat pronominī, alioquin dixisset τοὺς αὐτοὺς. Vitrari poterat incommode anapodoti, si prius tam particulam huius divisionis coniunctim legas, ad hunc modum, καὶ δύο μέρη Ιοῦ Δεος ἐπὶ τῇ εἰκασίᾳ, πρῶτον ἀποστολής, ut totum hoc unum efficiat ordinem, deinde succedit, δεύτερον προφῆτας, ut quod cœperat dicere p̄ δύο, postea mutata uoce dicat per δεύτερον & ἔπειτα. Quod ita explanatus efferri poterat. Et alios quidam constituit primo loco, nempe apostolos. Alios secundo, nempe prophetas. Alios tertio, nempe uirtutes, atq; item de ceteris.

Opitulationes.) αὐτιλάτες, id est subuentiones, siue subsidia, quod alibi uertit suscipere.

Interpretationes sermonum.) Non legitur apud Græcos hoc loco totum hoc, Idem enim uidetur cum illo, γένη γλωσσῶν, id est genera linguarum, quod modo recensuit. Opisnor interpretationes sermonū adiectum ab interprete quopiam, aut ut isti loquuntur postillatore, quod postea traductū sit in contextū sermonis, præsertim cū ne mentio quidem huius particulae apud ullum græcum interpretem reperiatur, ut interim dissimile, quod toties, iam ἀμοτα uertit sanitates, pro sanationes. Nam ἀμα apud græcos nō est, nisi sanatio. Quāq; ne quid dissimilem Ambrosius legit, quemadmodum nos uulgo legimus. deinde paulo post repetens hos gradus, hoc loco duos reddit, non unum. Nū quid omnes linguis loquuntur, nunquid omnes interpretantur, nisi forte hæc duo uelut

inter se cognata unius loco posuit.

Excellentiorē uiam.) καλύπτειον δὲ ὅδη, id est excellētem uia, siue eximiam & egrē giam uiam Ambrosius legisse uidetur ēti, μᾶλλον uertit em, magis excellentiorem. Porro ut noster interpres uerterit per comparatiū ēti, fuit in causa quod uim habeat compa- ratiū Aemulamini charismata.) ȝκλοῦτε τὰ κρείτονα χαρισματα, id est aemulamini potio ra dona, id est ad ea nitamini dona spiritus quae sunt eximia. Hic charismata reliquit uo- cē grācā, Diuus Hieronym⁹ aduersus Iouinianū libro secūdo uertit, dona malens latine loq q̄ grāce.

EX CAPITE DECIMO TERTIO.

Factus sum uelut aēsonans.) Velut redundant γέγονα χαλκός, iχώρ, id est, factus sum aēsonans. Nec uelut aduerbium additur apud grācos, uerum alias quis- piam adiecit de suo. Aut cymbalum tinniens.) ȝλαλάζω, quod alias uertunt iu- bilare. Est autem ȝλαλάζω, propriē perpetuo sonitu strepere ac tinnire, ut expo- nunt etymologici grāci sono sonum excipiente, quemadmodum fit in lebetibus do- donaī. Ita ut ardeam.) Ita redundant, οὐα καυθίσουσι, id est ut comburari siue ad combu- rendum. Distribuero in cibos pauperū.) Grācis una uox est φωμίως, & omnis faculta- tes meas est τὰ πάντα μου, id est omnia mea.

Charitas patiens est.) μακροδυαι, id est longanimis est, Et ita legit Ambrosius, quāq̄ in uulgatis codicibus pro longanima mutauerunt magnanima.

Benigna est.) χρησιμεῖται, pro quo Ambrosius legit iucunda est, significat autem comi- tatem, ac suavitatem morum.

Nō agit perperā.) περπερεύεται. Repetitur hoc loco apud grācos charitas. Ac grāca quidē scholia hanc uocē uarijs modis interpretat. Quidā πέρι περιέσθαι, putant idē quod est adulari, alijs qd extollī, & ostētare sele a noie πέρι περιός, qd dictū uolūt, quasi πέρι πέριος. Alij interpretantur garris, a πέρι περιός qd dictū uolunt, quasi πέρι περιός. Σωτήρ τοὺς λότοις περιφερόμενός. Sunt qui interpretent πέρι περιός, præcipitē ac temerariū, & πέρι περιέσθαι præcipitē esse. Mihi uidetur uox a perperis fratrib⁹ esse cōficta, qui & Cercopes dicti sunt, quorum procacitas & improbitas etiam fabulis est nobilitata. De quibus plura re- tulimus in proverbio. Ne in Melampygum incidas, quo loco copiosius sup hac re dis- seruimus, si cui libebit cognoscere. Nos uertimus, non est procax. Alioqui latine perpe- ram agit, qui data opera secus agit q̄ oportet.

Non est ambitiola.) οὐκ ἀχαλοῦει, id est non agit in honeste, siue indecore. Miror un- de uox ambitiola huc irreplerit. Quāq̄ grāca scholia sic interpretatur αχαλοῦει, id est ni- hil sibi indecorum putat, q̄libet humile officium, modo pro sit, & Vulgarius ad eūdem exponit modum, nō dissimulata tamen altera quoq̄ interpretatione.

Nō cogitat malū.) οὐ λογίσται, hoc est nō imputat cuiq̄ malū, nec male cogitat de quoq̄, anotante Valla. Charitas nūq̄ excidit.) εκπίσται, hoc est nūq̄ cessat, ubiq̄ prodest, ubiq̄ est usui imo crescit in dies. Siue prophetiae cessabunt.) Grāci addunt & atq̄ ita legit diuus Ambrosius, siue autē prophetiae euacabuntur. Deinde quod sequitur.

Ex parte enim cognoscimus.) εκ μέρους dicitur. Nonnulli Grāci codices habebant autem enim, & pro γερῷ.

Cum essem parvulus.) νήπιος, quod & puerū, aut infantem significat, & parū prude- tem, quod ea aetas, ob inscitiam rerū parū lapiat. Sed maior horum.) ȝλαλαμεῖως τούτων, i. maxima ex his charitas. Quāq̄ & latini ad exēplū Grācorum aliquoties cōpara- tiuum usurpant, pro superlativo, ut illud Catulli, Hespere q̄ cōelo luces iucūdior ignis.

EX CAPITE DECIMO QVARTO.

Sectamini charitatem, aemulamini spiritualia.) Plariq̄ grācorū hic addunt, & con- junctionem, διώκετε τὴν ἀγάπην, ȝκλοῦτε δὲ τὰ πνευματικα. Alioqui uideretur adhort- tari ad utriq; ex aequo. Nunc omni conatu uult nos enī ad bene merendum, id em uocat charitatē, deinde ne quis offendatur, subiicit, reliqua tamen haud aspernā- da, quā-

da; quæ spiritualia uocat, quod afflatu spiritus dentur aliquoties & malis, inter quæ tam
men primum locū tribuit prophetiæ. Hoc loco Paulus prophetiæ uocat, non prædictio
nem futurorum, sed interpretationē diuinæ scripturæ. Quemadmodum & Plato disser-
nit uates a prophetis Vates arrepti numine, nec ipsi quid loquantur intelligunt. Ea pru-
dentes interpretantur cæteris. Porro uehemetius est uerbum διώκετε, Φύλαυτε, Υπλούμεν
em ea quoq; quæ probamus ac miramur tantum.

Spiritus autem loquitur.) τωνέματι θλαστι, id est spiritu autem loquitur, siue spiritui
loquitur, ut respondeat illi quod sequitur, hominibus loquitur. Hoc est suo loquit anio.
Nam qui prophetat.) ὃς προφητεύω, id est qui prophetat autem.

Hominibus loquitur ad ædificationem.) Ad, præpositio apud Græcos abest, λαλεῖ οὐ
κοδουμάτι, id est loquitur ædificationem.

Tamen quæ sine anima sunt,) οὐμας τὰ ἄτυχα recte mutat Faber, si codices haberent
έμας siue οὐμας. Et omnino magis quadrat ad sensum. Et in his facile labitur scriptores
præterea pro quæ sine anima sunt dicere poterat inanima, siue inanimata.

Sonitum.) τοῖς φθόγγοις, id est sonis & ἀνα potest esse dederint, ut referatur ad in-
anima, μὴ δῶ. Quod canitur.) τρανλούμενοι ή τριθαρίζομενοι, id est tibia, cithara ue canif,
proinde Ambrosius legit, quod per tibiā canitur.

Quis parabit se.) τις παρασκευάσεται, id est, quis præparabit? Quod data opera & alias
facit interpres, nec id sane non recte.

Manifestum sermonem,) ἔνσημοι, id est significantem, & sic legit diuus Ambrosius in
comentarijs, Φήβι utraq; lectio bene habet.

Vtputa,) εἰτύχοι, id est uerbi gratia, nimirū cum exemplum fингimus, aut ponimus.
Genera linguarum.) φωνῶμ, id est uocum, loquitur em de omnibus.

Et nihil sine uoce.) Οὐδὲρ ἄφωνοι, id est & nullum, subaudit genus, & aphonum, id est
uoce carens siue mutū. In hoc mundo.) Rursus ψυχόσμω, id est in mūdo citra, pnomē.

Ero ei cui loquar.) ἔσθματι θλαυτῆτι, id est ero loquenti, barbarus, nec intelligam, nec
intelligar. Nam prisci peregrinum hoc nomine uocabant.

Et qui loquiſ mihi,) ηρέμοι, id est in me, græce est pro mihi, ueluti meo iudicio meoq;
animo, tametsi in se facundus est qui loquitur, tamen in meo animo barbarus est.

Spiritus meus orat, mens autem.) Spiritum uocem linguae uocat, mentem affectum
animi, siue sensum animi τωνέμα & νοῦ.

Si bene dixeris,) Υπλούμενο, unica dictio est, hoc est si laudes & celebres deum & uer-
ba bene omniata dixeris. Quis supplet locum idiotæ.) ὁ ανατλητῶμ, id est qui implet
locum idiotæ, & fungitur uice idiotæ. Idiota uero græca uox est, quæ significat & priua-
tum, id est, non fungentem aliquo magistratu & illiteratu, hoc loco uertere poterat, ple-
bæn. Super tuam benedictionē.) ἐπὶ τῇ οὐχ εὐχαριστίᾳ, id super tuam gratiarum actionē
siue ad tuam. Quāq; ex hoc loco colligimus minimū interesse, inter εὐλογῆι & εὐχαριστίῃ.

Omnium uestrūm linguis loquor.) Græca diuersum habent sensum, εὐχαριστῶ θεῷ δεῖ
μου τὰν τῷ μηδέ μᾶλλον γλώσσαις λελῶμ, gratias ago deo meo omnibus uobis magis lin-
guia loquens, id est quod magis loquor linguis, q; uos omnes Hieronymus comparati-
uum, magis refert, ad cæteros apostolos, ut intelligas Paulū omniū linguis fuisse locutū,
magis q; reliquos apostolos, uide nonæ questionis expositionem ad Ebidiam, ubi non
semel citat hunc locum secus q; habeat nostra æditio.

In sensu meo.) διὰ τοῦ νοῦ, id est, per mentem meam, & quinq; uerba, τέλετε λόγοι
id est quinq; sermones aut dicta.

Vt & alios instruā.) κατηχίσω, i. erudiā quo uerbo libenter uti Paulus, & itē Lucas.

Quā decē milia.) Addendū erat potius, ut locus huic coniunctioni, q; esset. Apud græ-
cos læpenumero subauditur, id apud latinos est inusitatius. Hac in re mirum q; mutata
sit ecclesiæ consuetudo Paulus manuū quinq; uerba in sensu, q; decem milia in spiritu.

At nunc in nonnullis regionibus totos dies psallitur spiritu, nec modus, nec finis cantionum, cum uix intra sex menses audiat concio salubris adhortans ad ueram pietatem, id em Paulus uocat in sensu loqui, ut omittam interim huiusmodi musices genus inductum esse in cultum diuinum, ut ne liceat quidem ullam uocem liquido percipere. Nec ihs qui canunt ocium est attendendi quid canant. Tantum uocum tinnitus aures ferit, & mox peritura delectatricula mulcet. Ferendum & hoc nisi uulgus sacerdotum ac monachorum in huiusmodi rebus summam constitueret pietatem, multum dissentiens a Paulo. In alijs linguis.) επειρογλωσσι, id est in ihs qui sunt diuersarum linguarum, ac si dicatas cōposita uoce, in diuersis linguis. Locus quem adducit est apud Esaiā capite uicesimo secundo. In loquela em labij, & in lingua altera loquet ad populu istū, sic em Hieronymus reddidit hebraica, quae sūt huiusmodi. בְּלֹעֵד שָׁפָח וּבְלֹשׁוֹן־אֶחָתָה וּבְרַאֲלֹהָם הַזֶּה Nam iuxta Septuaginta ad hunc legimus modum, propter irruptionem labiorum, propter linguā alterā, qua loquens populo huic dicentes eis. Annotat & Reuchlinus nostre in loquela labij dictū esse ginde ac balbutiēte & sublannate labio. Paulus iuxta Hebraicam ueritatem adduxit testimonium, cū Septuaginta ceteriq interpretes longe diuersa legerint hoc loco, sed ita rursus, ut sensum magis expresserit q̄ uerba, id quod admonet & diuus Hieronymus hunc enarrans locum. Iam illa. Et nec sic exaudient me dicit dominus, de suo Paulus adiecit, ut impleret prophetæ formam. Nisi forte, Aliunde sumptum est hoc testimoniū. Siquidem Hieronymus, non audet affirmare, sed ait ita sibi uideri, ex eo sumptum loco.

Fidelibus.) πισενουσι, id est credentibus.

Quid insanitis.) ὥτι μανεδε, id est quod insanitis. Non enim rogaret, cur insaniant, sed affirmaret eos insanire.

Occulta em.) καὶ οὐτώ τὰ κρυπτά, id est & sic occulta cordis, ut paulopost. Et ita cadens, καὶ οὐτώς πεσώμ. Apocalypsin habet.) Cū ante uerterit reuelationem, nūc uocem grācā reliquit ἀποκάλυψη. Ut multū.) τὸ πλεῖστον, i. ut plurimū siue ad summum.

Per partes.) καὶ ἄνα μέρος, id est uicissim.

Per singulos.) καὶ ἕπι, id est singillatim.

Spiritus prophetarum.) στενόματα, Gracis pluratiui numeri est, & subiectūtur, ὑποτάσσαι. Ne sentiamus, hoc dictū de ipso spiritu sancto, sed dono spūs, quod ita daturū esset singulis quibus contigit, ut in ipsorum esset arbitrio uti aut nō uti. Quod afflatis & lymphatis non item licet. Non em est dissensionis deus.) ἀκατασασαίς, id quod magis sonat confusione & turbatum rerum ordinem.

Sicut in oībus, ecc. sanct.) Hoc loco uerbū doceo a nostris additū uidetur. Nā apud gracos non est, subaudiendū autē nō nihil sicut in omībus ecclesijs pax est & cōcordia. Nam omniū exemplo, adhortatur Corinthios, ut similiter faciant.

Permittitur.) ἐπιτετράσται, id est permisum est.

Ignorat ignorabitur.) διγνοῖ, αγνοεῖτω, id est ignorat ignoret, id est, si quis nolit hæc sciēre, nesciat suo periculo, quāq Ambrosius exponit ignorabitur, opinor eum legisse, αγνοεῖται. Verum secus accipiunt græcanica scholia & Vulgarius.

Fiant in uobis.) In uobis apud gracos non est.

EX CAPITE DECIMO QVINTO.

SItenetis.) Hic locus uidetur fuisse uarius in graci exemplaribus Ambrosius legit, tenere debetis, nisi forte est ē legendum, p. ē, id est certe tenetis.

Et post hæc undecim.) Graci codices habet καὶ τα τοῖς δῶδεκα, id est & deinde duodecim, sed græca scholia hic laborant, dubitantq nū lapsu scriptoris habeatur duodecim pro undecim, an ut intelligamus Matthiae quoq Christū apparuisse nōdū quidem cooptato in ordinem apostolicum, sed tamen a deo iam destinato Ambrosius legit undecim, sed articulum quoq reddidit τοῖς ἔνθεσι, i. illis (inquit) undecim.

Quia

IN PRIORI

Cognoscit frater simil. Exhortantur, id est, id Non tam digni, habet, id Gratia eternitatis, cōficiat, huius erit et peruenientia me, siue erit non ego sum si quis hoc non hoc deo ferri acceptum, quam uocare cōficiat, predicat, uerbi, iherosolim. Ad hoc em el presentationem iherosolim Si in hac uita tantum in Chis, quā significacionem primum concererimus in Christo non porrigitur. Primita dormientium, id est, factus est, sicut hūi. A Sicat in Adam omnes, Qui in aduentu eius crederi in aduentu ipsius. Et sic Nouissime avertimini a dīcias. Mors continet in soleror praesenti tempore? Non modo. Nouissime in in destruet tempore mortis. De qui non letabit. Porro q̄ sine dabo prater eum, id est solatura. Atqui cū dicit os Propter uerbi gloriam / Ne latifigio uenit, id est per nos. Et quando molles tam uerbi gloriam quis gloriam distinet. Ciat hinc loca Nec cū quod tergeminatur, & palauet. Verum in negotiis non fringant iherosolim. Carta impone uulnus tam. Quoniam in legendum fieri a deo uerbi glomerant esse leui iherosolimam quam Paulus habet de iherosolimam legit proprie uulnus. Ad bellum pugnat, iherosolimam obelli sit. Quas enim mortem, iherosolimam, extra urbem non habet.

Quingentis fratribus simuli.) ἐφάπαξ, id est semel, τῷ σεντιστικοῦ idem est.
Ex quibus multi.) πλείους, id est plures siue complures.
Non sum dignus.) οὐανδεῖ, id est idoneus qui uocer.

Gratia dei mecum. ἡ σύμμεμοι, id est quae est tuncum, aut ut quidam habent codices ἡ εἰς
της, id est quae est in me, siue erga me. Et cur nō potius inanis ἔτι uacua?

Non ego autem, sed gratia dei mecum.) ἀλλὰ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σύμμεμοι, sed gratia dei, quae
mecum est, corrigit em Paulus, quod modo dixerat se plus omnibus laborasse, imo (in-
quit) non ego sum is qui hoc feci, sed gratia potius dei, quae mihi adfuit, ut intelligamus
totum hoc deo ferri acceptum Laurentius hoc loco reiicit eos qui ex hisce uerbis gra-
tiam astruunt, quam uocant cooperantem.

Sic prædicauimus.) ὃντως καρχαρομέμ, id est prædicamus præsenti tempore, ita legit &
Ambrosius. Adhuc em estis.) Enim redundant. Referuntur cīn hæc ad superiorem ar-
gumentationem, si Christus non resurrexit, ergo adhuc estis in peccatis uestris.

Si in hac uita tantū in Christo sperantes sumus.) ἐν τῇ ζωῇ ταῦτα ἡ λαπικότεος οὐ μέμεμψεν χρι-
στῷ μόνῳ, significationem præteriti temporis participij, sic poterat reddere, si nō sumus, q
spem coniecerimus in Christo, in hac dūtaxat uita, hoc est si nostra spes quam habemus
in Christo non porrigitur ultra terminum huius uite.

Primitiæ dormientium.) In græcis exemplaribus constanter additur uerbum ἐγένετο,
id est, factus est, siue fuit. Ambrosius ἀπαρχὴν ueritatem initium, quod fuerit omniū primus.

Sicut in Adam omnes.) ὥστε γαρ ἐν τῷ οὐρανῷ, id est sicut enim in Adam.

Qui in aduentu eius crediderunt.) δι τῷ χριστῷ ἐμ τῇ παροντίᾳ αὐτῷ, id est, qui sunt Chri-
sti in aduentu ipsius. Et sic legit diuus Ambrosius.

Nouissime autem inimica destr.) Nouissima nomen est non aduerbiū, nouissime.
Ac si dicas. Mors omnium nouissima destruetur & est καταρρέει ται, id est destruetur, siue
aboleatur præsentis temporis Diuus Hieronymus in commentarijs Esaiae, non semel ci-
tat hoc modo. Nouissimus inimicus destruetur mors, quasi dicas hostis omnium postre-
mus destruetur, nempe mors. Nam ut eleganter hoc loco docuit Valla, potest inimicus
esse qui non sit hostis. Porro græcis mors masculini generis est.

Siue dubio præter eum.) Διλονότι, id erat plenius reddendum. Nam nūc oratio est
inabsoluta. Atqui cū dicat omnia subiecta, palā est, quod excipitur is qui subiecit illi oia.

Propter uestrā gloriā.) Nō est hic δόξα gloria, siue honor, sed καύχησις gloriatio, μὴ τὸ
μετέραιον καύχησις, id est per nostrā gloriatiōē. Est autem hoc loco per præpositiō adiu-
rantis. Et quoniam multa iam gloriatus, sancta quadam iactantia, de profectu euangelij
sui, per eam gloriam qua gloriatur in Christo nunc iurat, tanq̄ per rem sacram, sibiq̄
charissimam. Citat hunc locum & Augustinus, ostendens hoc loco iurasse Paulum.
Nec est quod tergiuersemur, & negemus apostolum iurasse, cum alibi non paucis locis,
palam iuret. Verum in negotijs huius mundi, pro prædijs, pro nummis iurare fortasse
non sit ingenui Christiani. Ceterum cum agitur negotiū Christi, tum non sit nefas in-
terponere iuriandū. Quamq̄ græca scholia nonnihil hic laborant dubitantq̄ num
ita legendū sit δια τὸ μετέραιον καύχησις, id est propter uestrā gloriatiōē, id est ut
gloriemini uos esse Iesu Christi. Atq̄ ita legit Ambrosius, nisi quod accipit uestrā glo-
riam quam Paulus habeat de illis Diuus Hieronymus in epistola, cuius initium, Sæpe
& multum legit propter uestrā salutē, haud scio an memoria lapsu.

Ad bestias pugnauit. ἐδηριομάχησα dictio composita græcis. Solebant enim olim dam-
nati bestijs obīisci.

Cras em moriemur.) ἀποθνήσκομεν, id est morimur &c. Laurentius admonet prouer-
biū fuisse laconicum, extat autē apud Esaiam cap. 22. totidē uerbis quot citauit Paulus
תְּנַשֵּׁת הַלְּהֹן. Quāq̄ Hebreis uerbum est futuri tēporis תְּנוּבָה. Verū hoc ad
sensem

sensum haud multum refert, & haud scio an Paulus scripsicerat $\alpha\pi\theta\eta\beta\omega\mu\epsilon\mu$.

Corrumptunt mores.) φθείρουσιν Χριστὸμιλίαι κακά. Senarius est Menandi, quem admodum indicat diuus Hieronymus, & constat suis pedibus si seruetur apostrophus φθείρουσιν Χριστὸμιλίαι κακά. Nos carmē carminī reddidimus. Mores bonos colloquia corrumpunt mala. Non omnis caro.) οὐ τῶσιν σοφοῖς, id est non queuis caro;

Euigilate iusti.) ἐννιήλατε δικαιώσ. i. sobrii estote iuste, siue expurgescimini iuste. Ut iuste sit aduerbiū, id est sicut oportet & recte. Nam uigilant quidam, etiam ad iniusticiā. Alioqui quorsum attinebat iustis præcipere ut uigilarent, & non peccarent, quod si faciant, iusti non sint. Deinde qui conuenit, ut eos iustos uocet, quos arguit, & de quibus mox subiicit. Ignorantiam dei habent quidam. Quin & Ambrosius ut ex interpretatione coniūcere licet ita legit, quemadmodum habetur apud Græcos, iustos (inquit), esse præcepit. Atqui qui iustos appellat, non præcipit, ut sint iusti.

Ad reuerentiam uobis.) πρὸς ἐντροπὴν, id est ad erubescētiam, & ad pudorem:

Stulte.) ἀφροῦ, id est amens, siue insipiens. Insipiens tu.) Post insipiens ponēda erat distinctio ἀφροῦ σὺ διατίσας, id est stulte, tu quod seminas.

Sicut uult,) καθὼς ἔδελκοτε, id est sicut uoluerit, ut subiunctiu sit modi.

Corpora coelestia & terrestria.) ἐπουράνια, & ἐπαγγελμα, quod ita sonat quasi dicas, quae in cœlo uersantur, & quæ in terra uersantur. Ne de ipsis cœlis, aut de materia intelligamus. Nisi prius moriatur.) Quorsum attinebat addere prius, cum græce sit, εἰ μην ἀπωλέσαι, id est nisi fuerit emortuum.

Vtpora.) εἰ τύχοι, ita uerit & paulo superius, ut sit exemplum ponentis.

Alia claritas.) δόξα. Eandem uocem quam modo gloriam uerterat, nunc uerit claritatem. Fortasse quod absurdum putaret dicere gloriam solis, aut lunæ, aut stellarum, immo maius quiddam significare uide gloriam, dignitas, maiestas, & claritas. Et alias interpretis δόξαν maiestatem uerit. Deniq; cum Paulus eadem usus sit uoce, quorsum attinebat interpretētē latinis diuersas uoces obiūcere, cū ad id nō cogat sensus.

Si est corpus animale.) Si redundat εἰσὶν ζῷα &c. est corpus.

Stella enim differt a stella.) ὑασέρ γαρ πάσιν θεούς διαρρέει, id est stella enim stellam antecellit. Nam id quoq; græcis significat διαφέρει.

Factus est primus homo Adam.) Faber Stapulensis admonet homo superesse, & quod in plarisc græcis etiam codicibus, quos mihi uidere contigit ascriptum repperi. οὐ πρῶτος οὐδὲ πάτερ οὐδὲ μη, id est primus homo Adā, Tametsi ex interpretatione Ambrosiana subodorari licet, illum Adam legisse, omisso hominis uocabulo, cū ait ab apostolo duos constitui Adam. Deinde in secunda particula Adam solus repetitur absq; hominis mētione. Nouissimus Adam, in animam uiuificantem. Cōsentaneum autem est ab interprete quopiam, additum, qui uoluerit explicare, quid sonaret Adam, apud Hebraeos, nimurum hominem αρά. Proinde in Genesi, quoties hominis uocabulum repetitur: αρά Adam ponitur. Et aliquanto post, omisso Adam, hominem dūtaxat repetit, primus homo de terra &c.

Secundus homo de cœlo coelestis.) Græci diuerte legunt, idq; constanter, ad eundē modū interpretantibus Chrylostono & Vulgario, οὐ δὲ δεύτερος αὐθρωπός, οὐ κύρος ξενοῦ, id est secundus autem homo, dominus e cœlo. Quādū ut ingenue dicam mihi magis probatur, quod in nostris codicibus scriptum est, præalermi, cum ita legant Hieronymus & Ambrosius. Et magis respondet ad id quod præcessit, de terra terrenus.

Seminatur in ignobilitate.) Ambrosius legit ignominia, & rectius ιπάτιμα.

Portemus & imaginem coelestis.) Portabimus futuri temporis est græcis, φορέσωμεν, & nōnulli codices habent φορέσωμεν, id est portemus. Nec magni refert ad sententiā.

Possidere non possunt.) κληρονομῆσσα, id est hæreditate accipere, & paulo post possidebit,

bit, κληρονομεῖ, id est hæreditate accipit, uerbo præsentis temporis. Omnes quidem rei surgemus.) Græca sic habent πάντες μὴν δὲ καιρικόν σόμεδα, τάντες δὲ ἀλλαγήσομεδα, id est omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur. At diuus Hieronymus ad Minerium ostendit hunc locum bifariam legi apud Græcos, & hoc modo, quem hic indicavi, & eo modo quo uulgata habet æditio. Atq; hoc sane loco mirum q; sudat græcanica scholia Vulgarius & Chrysostomus sic legunt, interpretanturq; quemadmodum nos uertimus, ut sit sensus, non omnes morituros, omnes tamen immutandos esse. Diuus Ambrosius sequitur eam lectionem, quam uulgo audimus, ut sentiamus nō omnes immutandos ad gloriam, q; q; resurrecti sint omnes. Quanq; & is alteram subdit interpretationem, in qua significat fore, qui non moriantur, atq; ob id non resurgat. Certe cum eo quod græci legunt magis consentiunt ea quæ Paulus scribit Thessalonicensibus. Si em credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu, & in uoce archangeli descendet de caelo. Et qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur, cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Et sic semper cum domino erimus. Ex his liquet non omnes dormituros, sed aliquos fore resiciuos in aduentu Christi. Sunt qui dicant in momento & illos subito morituros ac reuicturos, qui residui fuerint. Cæterū si perpendamus & malos immutari, si non ad gloriam, certe ad immortalitem, nihil erit quod offendat in lectione Græcorum. Porro si quis difficerit citationi nostræ, sciat Chrysostomum & Vulgarium, quos modo allegauimus, haberet Basileæ in bibliotheca Prædicatorum, unde mihi uoluminum eorum facta est copia. Qui græce nouit, is poterit excuslo loco me, uel comprobare, uel refellere. In momento. οὐ ατόμῳ, i. pūcto tēporis indiuisibili, Αὔτη μω seco & particula priuatiua. εν τῇ ἡτοῖ ὁφθαλμοῖ, id est in ictu oculi Hieronymus ad Minerū indicat utrūq; inueniri, & εἰπε, id est ictus & ἔρπη, id est motus, prius translatum est ab ictu teli seu fulminis, secundum a motu lancis Laurentius suspicatur interpretem scripsisse, non ictu, sed nictu, hoc est motu oculi. Canet enim tuba.) σαλπίσῃ γαρ, id est canet enim, & subauditur, tuba quæ præcessit nisi mauis dicere, Buccinabitur enim, aut angelum subauditire, de quo tamē hoc loco nulla mentio. Cum autem mortale hoc induerit. Repetitur græcis utraq; pars, cum autem corruptibile hoc inducerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. οὐαὶ δὲ τῷ φθαρτῷ ἐνδύσται ἀφθασίαν, καὶ δὲ θυκῆμ τοῦτο ἐνδύσκται διδασκαλίαν.

In uictoria.) Ambrosius legit contentionem, νῦν enim si cum diphthogo scribatur contentionē sonat, sin secus uictoriā significat. Atq; ita Hieronymus legit alicubi in epistola aduersus Ioannem episcopū Hierosolymitanū. Rursus in cōmentario Osee legit contentionē, & pro stimulo legit aculeū. Nam illud est minutius, quod græci sermonis ordinē immutauit uel interpres, uel librarius τῶν σου δάνατε τὸ κεντρον; πῶν σου ἄσθι τὸ νῦν, i. ubi tuus mors aculeus, ubi tua inferne uictoria. Cæterum testimonium quod adducit sumptum est ex Osee capite decimo tertio, idq; magis iuxta Septuaginta, q; iuxta Hebraicam ueritatem, quæ sic habet אֶחָד רְבִירָן בָּוֹתָא אֶחָד שְׂפָרָן, id est ero mors tua o mors ero morsus tuus inferne, iuxta Septuaginta ad hunc legimus modum, ubi est causa tua mors, ubi est aculeus tuus inferne? Porro quod Septuaginta transtulerunt ποὺν δίκη σου, hoc est ubi causa tua, Hieronymus uertit ero mors tua. Symmachus interpretatus est, ero plaga tua. Quinta æditio est & Ayla, ubi sunt sermones tui hebraicis est uerbum רְבִירָן quod si scribatur per duo cometz רְבִירָן sonat, uerbū, sin per sex pūcta רְבִירָן sonat mortem siue pestem, iuxta illud quod in Elsaia legimus. Mortem misit dominus in Iacob, & uenit in Israel, Hieronymus uertit uerbum misit in Iacob, & uenit in Israel. Præterea pro aculeo, quem Hieronymus maluit uertere morsum, Symmachus απάντει.

επάντημα τραστύλιτος hoc est occursum. Theodotion & qnta æditio plagā interpretati sunt.

Deo autem gratias.) τῷ δὲ δέψ χάρις, i. deo autem gratia, ut subaudias est, aut sit. Quomodo loquuntur & latini. Stabiles sitis & immutabiles.) εἰδέναι γίνεσθε οὐμετακίνητοι, & copula redundant, dicuntur autem ἐργάται, qui firmam accertam tenet sedem οὐμετακίνητοι, qui aliunde alio moueri & abducere non posunt.

EX CAPITE DECIMO SEXTO.

De collectis.) περὶ δὲ τῆς λογίας, id est de collecta nouū apud Paulū uerbum, a colligendo dictum. Per unam sabbati.) σαββάτων, id est sabbatorum.

Recondens.) θησαυρίζων, id est thesauricāns quod tandem uertit latine, solitus ante hac græcam uocem relinquere.

Quod ei bene placuerit.) ὅτι ἐπένδυται, Laurentius ita uertendum existimat, quod facile, aut leue sit, siue quod bene cedat. Mihi rectius uertendum uidetur, quicquid commodum fuerit, & quicquid deo prospero contigerit. Hoc autem addidit, ne forte puderet munera parum magnifici.

Perferre gratiam uestram.) τὸν χάριν ἡμῶν hic plane gratiā pro beneficio posuit, sed gratis collato. Quod si dignū fuerit.) καὶ δὲ ἔχομεν, Græcis hæc uox aliquāto secus usurpatum apud græcos nōnū, atq; apud nos, pro tātē est. Vnde nos uertimus. Quod si fuerit operæ precium, hoc est, si res fuerit tanti.

Nam macedoniam pertransibo.) Nihil refert ad sententiam, tametsi διέρχομαι ambituum est ad utrūq; tempus, unde non perperam uertit pertransibo.

In transitu uidere.) εἰ παρόδω, id est obiter, ac uelut alio properans.

Vsc̄ ad pentecosten.) ἐώστης πεντεκοστής, & usq; ad quinquagesimū, ut subaudias diē neq; enim de festo loquitur.

Magnum & euidentis.) μεγάλην καὶ ἐμεργή, id est magnum & efficax, scribitur enim per e non per a, interpres legisse uidetur, ἐνεργή per a idq; græcis sonat euidentis, atq; ita legit Ambrosius, secus Chryostomus & Vulgarius.

De Apollo autem fratre.) Fratre, & notū uobis facio, hæc uerba in græcis codicibus non inuenio, fratre inuenio in quibusdam. Verū hæc eclipsis familiaris est epistolis, ueluti de libris quos putabas periisse, sunt in tuto apud generū.

Et utiq;.) πάντως, more suo uertit utiq; pro omnino.

Non erat ei uoluntas.) οὐκ ἦν δέλημα, id est non erat uolūta. Ei, addidit explicandi causa. Cum ei uacuum fuerit.) ὅταν ἴντερισθε, id est cum erit oportunum. Quāq; uacat idē efficit, & ita uertit in actis apostolorum, Athenienses ad nihil aliud uacabant ἴντερισθε.

Omnia enim uestra.) enim hoc loco prorsus ociosum est, nec est usq; apud græcos, sed πάντα ἡμῶν &c. Nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici.) Fortunatū & Achaicum hoc loco græci codices non habent. Sed tantum Stephanam, & hoc loco domus familiam significat quā primicias Achaiæ uocat, quod prima suscepit Christū.

Quod uobis deerat.) τὸν μὲν ὑπερέχομα, id est uestrum defectum. Nempe quoniam pro omnibus uenerat ad populum, ita quod deerat, id est quod Paulus desiderabat in Corinthiis, nimirum præsentiam illorum, id isti suo aduentu supplerunt Faber legit ὅτι ὑπερέχομα, id est quoniam defectum meum. Verū id ad sensum perparui refert. Et Paulus superius εἰ παρουσία, uertere poterat in aduentu.

Ipsi suppleuerunt.) δύτοι, id est hij. Prisca.) Græce priscilla quēadmodū & sup̄ius.

Cum domestica sua ecclesia.) Recē quidem uertit, sed non ad uerbum, ut Ambrosius cum ea que in domo eorum est ecclesia, σὺν τῇ κατόπιν αὐτῶν ἐκκλησίᾳ, uerum hic maiussem congregatiōnem q̄s ecclesiam. Apud quos & hospitor.) Hoc non reperio ad dītū in græcis codicibus. Quāq; ita legit Ambrosius.

Mea manu Pauli.) Mea casus est ablatiū. A deo patre & dño.) Leuiculū est qd̄ admonet Laurentius de amphibologia quasi legi poslit. A deo patre nostro & domini Iesu

Pauli el
Antenuitroce Paulus
socia etiam maranatha
maranatha
mari. Lix inter has linguas
minus noster uenit. Verum h
deputatur redēptionem do
xerit uocabula, quæ Hier
mentis dominii nostri, ut col
ni nostri, ueluti referat finem
arate, Vulgatus ad Ambro
in fiduciam, quo confirme
mus in epiphila quadam ad l
ire, Maranatha, magis Syra
carum aliq; de hebreum lo
intus. Si quis nō sunt domi
dominus noster uenit, quod si
uideret, quem uenit, uenit eis
in dies noster uenit, uenit ell
Augustinus illud ad monachos



P Er exhortationem,
vox quam modo con
Et exhortatur, i>
fectatio. Pro uesta
Quæ operator tolerantiam,
mentis multa. Operantur ut e
Excedunt palliolum, i>
Ex paleo pollo, uenit i>
Nam paleo uox est dum latens
Sic & confabulationis eritis. En
tis q̄s eritis. Quæ faciunt in
id eft quæ config nobis in Al
ita ut taceret non erit uentre
remus etiam de uita. Atq; in
Et tantis percussis in rōm
cedens ad græcum ueritatem
Eripit & erit ipsa ueritatem
siquid poterat sed prædicat

Iesu Christi. Siquidem id Paulo est peculiare, patrem uocare deum, Christum dñm.
 Anathema sit) Hac uoce Paulus solet extremum exitium significare, quod hebræi
 uocant τὸν Κατερού μαραθά, Ambrosius putat uocem Syram esse potius ḥ he,
 braicam. Licet inter has linguis nonnulla fuerit affinitas. Sonare autem apud illos
 dominus noster uenit. Verum haud scio an tutum sit hac in re fidere Ambrosio, graui
 alioquin auctori, sed ḥ fuerit hebrai sermonis ignarus uel illud indicio est, quod Olanna
 interpretatur redemptionem domus Dauid. Quēadmodum & Hilarius. Quanq̄ in/
 ter hebraica uocabula, quæ Hieronymi titulo feruntur reperio Maranatha expositum
 in aduentu domini nostri, ut cohæreat cum superiori. Sit Anathema in aduentu do/
 mini nostri, ueluti referat finem Malachia. Ne forte ueniam & percutiam terram Ana/
 themate. Vulgarius ad Ambrosij sententiā interpretatur dominus uenit, uultq̄ uideri
 ceu iuslurandum, quo confirmet dominum aduenturum. Eadem serme diuus Hiero/
 nymus in epistola quadam ad Marcellam, cuius super hac re uerba non grauabor acri
 bere. Maranatha, magis Syrum est ḥ hebræum. Tametsi ex confinio utraruq̄ ling/
 varum aliquid & hebræum sonat, & interpretatur ΣΥΡΟΥ δός noster uenit, ut sit
 sensus. Si quis nō amat dominū Iesum, anathema sit, & illo completo deinceps inferat
 dominus noster uenit, quod superfluum sit odijs pertinacibus aduersus eum uelle con/
 tendere, quem uenisse iam constet. Hactenus Hieronymus. Nec his dissimilia scripsit
 in dñs noster uenit, uenit esse præteriti tēporis, id declarantibus græcis, interpretibus,
 Augustinus. Illud admonendum erat ḥ dñs, nisi ex interpretatione Hieronymi liqueret.

FINIS PRIMAE AD CORINTHIOS.



IN SECUNDAM AD CORINTHIOS.

Per exhortationem) διὰ τῆς παρακλήσεω, id est per consolationem. Est eadem
 uox quam modo consolationem uerterat.
 Et exhortamur.) παρακαλούμεδα, id est consolamur intempestiuā copiā af/
 fectatio. Pro uestra exhortatione.) Rursum est παρακλήσεω, i. consolatiōe,
 Quæ operatur tolerantiā τῆς ἐνέργουσης ἐπ' ὑπομονῇ πολλῇ, id est quæ operatur into/
 lerantia multa. Operatur autē est, uim suam explicat, & aperit.
 Earundem passionum) οὐν τῷ παθημάτῳ, id est eorundem malorum, siue dolorū.
 Et paulo post κοινωνοῦσε τῷ παθημάτῳ, id est participes estis malorum, aut afflictionū.
 Nam passio uox est dura latinis auribus.
 Sic & consolationis eritis) Eritis additum est, uidetur autem subaudiendum estis po/
 tius ḥ eritis. Quæ facta est in Asia) Græci addunt nobis τῆς γνωμῆς ἡμῖν ἐμ τῇ ἀσίᾳ.
 id est quæ contigit nobis in Asia.

Ita ut tæderet nos etiā uiuere) ὡς Τε ἐξαποκρίνεται ἡμᾶς ηγή τοῦ ζῆμ, Poteſt accipi ut despe/
 raremus etiam de uita. Atq̄ in hunc sensum accipit diuus Ambrosius.

Et tantis periculis) ἐκ τηλικού του θανάτου, id est tanta morte. Ambrosius proximus
 accedens ad græcam ueritatem legit de tantis mortibus.

Eripuit & eruit ἐρυσατο ηγή συνται, id est eripuit & eripit, idem uerbum apud græcos
 nisi quod posterius est præsentis temporis.